



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Oratio, Habita In Sessione Nona, Et Vltima sacri Concilij Tridentini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

ORATIO, HABITA IN SES-
SIONE NONA, ET VLTIMA
sacri Concilij Tridentini.

CELEBRATA DVOBVS CONTINVIS
diebus, tertia & quarta Decemb. M. D. LXIIII.
PIO IV. PONT. MAX.

A. R. P. D. HIERONYMO RAGAZONO
Veneto, Episcopo Nazianzeno & Coadiuto-
re Famagustano.

Hic summarim recensentur omnia in Concilio Tridentino
definita, quæ & ad pie credendum & ad bene
viuendum pertinent.



VDITE hæc omnes Gentes, auribus percipite omnes
qui habitatis orbem. Tridentinum Concilium iam dis-
ceptum, aliquando intermissum, distractum varie
atque diuulsum, nunc demum, singulari Dei omnipo-
tentis beneficio, summa atque incredibili omnium Or-
dinum ac nationum voluntate, connectitur atque per-
ficietur. Dies hæc quidem felicissima Christiano populo illuxit, in qua
templum Domini disturbatum frequenter ac dissipatum reficitur & ab-
soluitur: & nauis hæc vna bonorum omnium ex maximis ac diuturnis
turbis atque fluctibus tuta in portu collocatur, quam vtinam con-
scendere nobiscum ij voluissent, quorum in primis gratia hæc ipsa nauis
instituta fuit: atque edificij huius construendi participes existerent,
qui hoc nobis negotium exhibuerunt, maioris nunc profecto lætitiæ cau-
sam haberemus. Sed nostra id certe culpa non accidit.

Nos urbem hæc in Germania faucibus, id est, in domus illorum
fere limine positam elegimus: nos custodiam nullam nobis, ne suspicio-
nem illis aliquam minus liberi loci daremus, adhibuimus: nos eam fi-
dem publicam illis concessimus, quam sibi ipsi composuerunt: nos hic il-
los per aliu expectauimus; neque hortari ac rogare vnquam destinimus,
vt ad veritatis lucem cognoscendam accederent. Verum illi etiam ab-
sentibus satis, vt puto, à nobis consultum est. Etenim, cum duo essent, in
quibus agris atque infirmis illorum animis medicina fuit adhibenda:
alterum fidei Catholica ac vere Euangelica illis in rebus qua in dubiam
ab ipsis vocantur, quaque opportuna his temporibus viderentur, expli-
cata & confirmata, dissectis omnibus ac dissipatis errorum tenebris, do-
ctrina: alterum disciplina Ecclesiastica, cuius potissimum deprauatione
Lll 3 illi

illi se à nobis fuit defecisse affirmant, restitui? utrumque, quantum in nobis fuit, pro temporum horum ratione, cumulate praestitimus.

PROINCIPIO enim sancta haec Synodus (facta ex laudabili maiorum nostrorum consuetudine sua fidei professione) ut quoddam quasi fundamentum futuris actionibus poneret, & quibus testimonia atque praesidia in dogmatibus sancienda nitenda esset, ostenderet, veteris ac noui Testamenti libros, qui essent sine ulla dubitatione recipendi, antiquorum Conciliorum probatissimorum exemplo, pio & prudenter enumerauit: ac, ne de verbis quidem ulla ex varijs versionibus ortisset difficultas, certam ac definitam de Graeco & Hebraico translationem approbauit. Hinc omnium haeresum caput atque arcem aggratum de humana natura corruptis initis ea statuit, qua veritas ipsa, si loquisset, exprimeret. De iustificacione demceps (res magna, & cum antiquis à nostri temporis haeticis mirè in modum oppugnata) ea dixit, quibus & perniciosissimis eo in genere opinionibus occurreretur, & recte iudicandi ratio miro quodam ordine, atque admirabili sapientia (ut in illi Dei spiritum facile agnoscas) demonstraretur. Praestantissimo hoc post huiusmodi memoriam decreto haereses fere uniuersae iugulantur, & quasi caligabile discutiuntur ac dispelluntur: eaque claritas atque splendor veritatis apparet, ut tantum lumen quin videat, dissimulare iam nemo possit. Subacta est salutaris septem diuinorum Ecclesiae Sacramentorum tractatio: primum simul de omnibus, post de unoquoque separatim. Hic certi quae non videt, quam distincte, explicate, abundanter, illuminatae & quaedam (ut est) vere tota caelestium horum mysteriorum ratio continetur? Quae tam magna multiplicique doctrina quid aut sequendum aut fugiendum sit, potest vllomodo desiderare? Quis in illis omnibus errantibus locis aut occasionem inuenit? Quis denique de Sacramentorum horum eorumque virtute dubitare in posterum poterit, cum gratia illam, qua illis quibusdam quasi stillicidijs in fidelium quotidie mentes illabuntur, tunc nobis affuisse tam copiose perspicitur? Accesserunt ad hac de sacramento Missae sacrificio, & de Communionis sub vtraque specie & pariter de creta, quibus quidem nihil sanctius, nihil utilius, ut de caelo lapsa à dominibus composita videatur. Adiugetur his hodie certa de Indulgentijs, de Purgatorio, de Sanctorum Veneratione, Inuocatione, Imaginatione & Reliquijs doctrina, qua non solum haeticorum fraudibus & calumnijs obfistetur, sed piorum etiam Catholicorum conscientijs plane sanatis.

Haec de rebus ad salutem nostram pertinentibus, qua dogmata appellantur, & fauste ac feliciter erunt peracta; neque aliud quicquam praeterea eo in genere à nobis hoc tempore expectabatur.

In eorum autem quibusdam administrandis cum nonnulla essent quae non rite omnino ac recte seruari cur, accuratissimis Patris amplissimi vastis, ut pure illa & caste, atque ex more institutorum maiorum tractentur. Itae omnia superstitionem, omnem quastum, omnem (ut dicitur) inuentiam à diuina adissarum celebratione abstulisti: ut ageretur & ministerijs sacerdotibus sanctum hoc offerre sacrificium interdictum: ut in sacratissima usum à priuatis domibus & profanis in sacra & religio-

Concil. Trid.
cū declarauit.
in patet

loca reuocatis: molliores cantus & symphonias, deambulationes, colloquia, negotiationes à templo Domini summo iussu. Ita Ecclesiastico uniusque gradus leges illæ à vobis præscriptæ sunt, ut tradito illis diuinitus ordine, abutendi nullus utique locus relinquatur. Ita nonnulla Matrimonij impedimenta, quæ an fas quasi quamdam ad violanda Ecclesiæ præcepta dare videbantur, remouisti: faciliem ueniam consequenda uiam minus legitime connubij foedus ineuntibus interclusisti. Quid de furuius zenebricosisque matrimoniis commemorem? Equidem ita sentio, si alia nulla causa conuocandi Concilium fuisset, (quæ multa & maxima fuerunt) propter unam hanc id omnino fuisse faciendam. Nam cum res hæc ad omnes spectet, neque ullus in orbe terrarum uniuerso angulus reperitur, quem labe hæc non inuasit; curandum merito fuisset, ut communi huic malo, communi etiam consilio prouideretur. Innumerabilem, Patres sanctissimi, & grauissimorum delictorum ac scelerum occasio prudentissima ista uestra ac prope diuina sanctione penitus ablata est, & Christianæ reip. gubernationi sapientissime consultum. Accedet ad hæc utilis in primis ac necessaria multorum in Purgatorij, Sanctorum Venerationis, Inuocationis Imaginum & Reliquiarum, atque indulgentiarum ratione abusu interdictio, qui rerum ipsarum pulcherrimam faciem inquinare atque turpare mirum in modum videbantur.

ALTERA uero pars, in qua de labenti ac prope cadenti Ecclesiasticæ disciplina fulcienda erat agendum, diligentissime etiam absoluta fuit atque perfecta. Eligentur in posterum ad Ecclesiastica munera obeunda, qui uirtute, non ambitione, præsentent; qui que populi commodis, non suis inserviant; & prosint potius, quam præsent. Enuntiabitur atque explanabitur frequentius & studiosius uerbum Domini, omni anticipiti gladio penetrantius.

ADERVNT suis gregibus & inuigilabunt Episcopi, ceterique, quibus animarum cura commissæ est, neque extra creditam sibi custodiam uagabuntur. Nihil cuiquam proderunt aut ad impure & flagitiose uiuendum, aut ad male & perniciosè uiuendum priuilegia: nullum sine poena crimen nulla sine premio uirtus relinquatur. Pauperum & mendicantium sacerdotum multis uicini optime prouisum est: certa unusquisque ecclesiæ, statutoque operi, unde alii possit, ascribetur.

AUARITIA, quo nullum uitium est retrius, præsertim in domo Dei, ab ea omnino tollitur: gratis Sacramenta omnia, ut par est, conferentur. Ex una ecclesiâ plures, ex pluribus una, ut populi commodum & ratio postulabit, constituitur. Eleemosynarum questores, (ut appellant) qui sua, non que Iesu Christi querentes, magnum nostræ religioni damnus magnam infamiam afferbant, ex omni hominum memoria (quod summæ felicitatis loco ponendum est) penitus euellentur. Hinc nostræ præsens calamitas sum sit exordium: hinc serpere infinitum malum, manare que in dies latius non desistebat: neque occurri illi adhuc multorum Conciliorum cautionibus ac prouisionibus potuit. Quamobrem quis non nisi sapientissime factum dixerit, ut membrum hoc in quo sanando diu ac multum frustra laboratum est, ne reliquo corpori noceret, excideretur.

Concil. Trid.
cū declarat.
in materia de
indulg.

Porro Deo cultus tribuetur potius & accuratius, atque ita qui-
vunt vasa Domini, mundabuntur, ut ad sui imitationem aliter abant
in quo praeclare illud fuit exegit atq, ut qui sacris essent imitant, am-
rib. atq, litteris in unaquaq, ecclesia à prima aetate instituerentur, ut
quoddam quasi virtutum omnium seminarium illud existeret. Lam vero
provincialibus Synodis restituitis, Visitacionibus ad populorum utilitate,
non ad querelam & sumptum renouatis: tradita Pastoribus regendi ju-
os, atque pascendi commodius facultate: Poenitentia publica in vnum re-
uocata: Hospitalitate tū Ecclesiasticis hominibus, tū pijs locis in danda in
Curatis sacerdotibus inferendis memorabili ac pæno caelestis ratione cōfir-
ta: beneficiorū (ut aiunt) pluralitate sublata: hereditaria sanctuary Dei
possessio prohibita: modo excommunicationibus imposto ac terminato
primis iudicijs ijs in locis ubi lites oriuntur, assignatis: singularibus cer-
taminibus interdictis: omnium hominum, ac sacrorum in primis lau-
ria, cupiditati, atque licentia freno quasi quodam, quod excoctum fieri
le possit, iniecto: Regibus ac Principibus sui mioris diligenter admo-
tio: alijsque rebus huiusmodi prudenter sancitis, quon non videt
fratres vos, P. optimi, hac etiam in re partes cumulatis excoctis. Ad
sape est in superioribus Concilijs de fide nostra explicanda, in vnum
corrigendis: sed nescio an vquam diligentius atque distinctius. In
praesertim hoc biennio, ex omnium populorum ac nationum, in quibus
Catholica religionis veritas agnoscitur, non solum Patres, sed Oratores
habuimus. At quos viros? Si doctrinā spectemus, eruilitissimos, si vni-
peritissimos: si ingenia, perspicacissimos, si pietatem, religiosissimos, si vni-
innocētissimos Numerus hic quoq, fuit, ut si praesentes Christiani vbi-
siderentur angustia, frequentissima hac omnium, qua antea fuerat, Synodus
apparet. Hic singula omnium vulnera detecta, mores expositi fuerat: nihil
dissimulatum est: nostrorum aduersariorum argumenta & rationes ita re-
clata, ut eorum tum causa, non nostra, agi videretur. Tertium notanda
la, atque etiam quartum discussa: summa saepe contentione certatum
scilicet consilio, ut quemadmodum igne aurum, ita quibusdam pro-
lustracionibus veritatis vires ac nervi probarentur. Quae enim inter deum
sentientes idem, que spaciantes, discordia potuit existeret
Quæ cum ita sint, licet optandum (ut in initio dicebam) summo opere faci-
set, ut vna cū illis hac agerentur quorum potissimū causa tractata iuri-
absentium tamen etiam incolumitati atq, saluti ita pronis sum est, ut a-
lia ratione provideri, si assuissent, nō potuisse videretur. Legant illa quae de
fide nostra statuimus, ut Christianum hominem decet, humiliter. Quod si
men eis aliquod fulserit, ne faciem aueriant. & si vocem Domini audi-
rint, corda sua nō obdureat. Ac, si ad communē matris Ecclesiae compo-
zum, vnde se illi distraxerunt, redire voluerint, clementiam sibi commo-
ac misericordiam tribuendam nō dubitent. Sed praecipua illa ratio est,
A. dissentientes à nobis animos conciliandi, consentientes in fide atq,
cio retinendi si qua hoc in loco verbis sancimus, et ipsa in nostris scriptis
praestemus. Leges etsi optime sunt, muta tamē res est. Quid Hebraei
Dei ipsius ore latae leges profuarunt? Quid Lycurgi leges Lacedaemone
latae

lonis, Atheniensibus; ad libertatem retinendam, quam ob causam erant
conscripta, vilitatis attuleret? Sed cur externa atq; antiqua nimis com-
memoror? Quia ad bene beateque viuendum instituta atq; precepta ex
vniuersi Christi Domini nostri vita atque doctrina desiderare aut possunt
aut debemus? Quid item fuit à maioribus nostris omissum, quod cum ad
recte sentiendum, tum ad praeclare agendum pertineret? Medicamentum
quidem salutare compositum ac paratum tandiu habemus: verum, si mor-
bum debet expellere, sumendum est, ac per venas in omne corpus diffunde-
dum. Poculo hoc salutis nos primum inebriemur, carissimi, & vina atque
loquentes leges sumus, & norma quasi quaedam ac regula, ad quam altorū
actiones & studia dirigantur; atq; ita sibi vnusquisq; persuadeat, nihil
dè Christiana reip. commodo ac dignitate successurum, nisi quantum in se
sit, studiose praestiterit.

Id curandum nobis cum antea fuit: tum multo erit in posterum accu-
ratius. Etenim, si magistri nostri ac Saluatoris exemplo facere prius debe-
bamus, quam docere: postquā docuimus, quin faciamus, qua esse potuerit
excusatio? Quis ferre nos ac pati potuerit, si, cum non furandum esse de-
monstrauerimus, ipsi furemur? si cū non mœchandam, mœchemur? San-
ctos à sancto Concilio innocentes atque integros ab integritatis praeceptis
& innocentia: firmos in fide atq; constantes à fidei nostrae firmata doctri-
na discedere minime conuenit. Ac tales quidem expectant nos populi no-
stri, qui nostrū iam diu reditum sustinentes, ea se ipsi ratione consolaban-
tur: fore, ut hanc temporis vsurā maiori praesentes studio sarciremus. Sed
fiet id à vobis, ut spero, Patres sanctissimi, diligenter: & quemadmodū hoc
in loco fecistis, ita etiam domi satū Deo atque hominibus facietis. Nunc
(quod huius temporis est) Deo primum ipsi maximo atq; immortalī, ma-
ximas atque immortales gratias & agamus & habeamus, qui non secun-
dum peccata qua fecimus nos, neque secundum iniquitates nostras retri-
buit nobis: sed diem hunc latissimum, quem videre multi concupiuerunt,
nobis non solū videndum, sed etiam celebrandum, incredibili cum totius
Christiani populi assensu atque approbatione, sua magna benignitate cō-
cessit. Pio deinde XIII. summo nostro atque optimo Pontifici gratia per-
petua ac singulares habende sunt: qui, cum primum beati Petri sedem a-
scendit, tanto Synodum hanc instaurandi desiderio exarsit, ut in eo suas
omnes curas & cogitationes defigeret. Nuncios statim, viros probatissimos,
ad indicendū illis nationibus atq; prouinciis Concilium misit, pro quo-
rum in primis salute conuocabatur. Hi Aquilonis partes prope omnes per-
agrariunt, rogant, obsecrariunt, obtestari sunt: cuncta omnia atque amica
promiserunt: atq; id etiam egerunt, ut in Angliam traicerent: Legatos
postmodum pietate ac doctrina praestantissimos, cum interesse illi Synodo,
ut mirum in modum cupiebat, nō posset, huc misit: ex quibus duos (quo-
rum memoria in benedictione est) statuta die, tametsi nulli fere Episcopi
conuenissent, hic esse voluit. Hi, atq; additus eis paulo post tertius, nouem
menses, atq; eo amplius, iustum ad Synodum instruendam Episcoporum
numerū hoc in loco nihil agentes expectauerūt: cum interea nihil aliud
Pontifex ipse aut ageret aut meditaretur, quā ut Patres quamplurimū i-

Concil. Trid.
cū declarat.
In hac parte
habetur

quam optimi. Et quamprimū huc accēderent, Et Christiani nominis Re-
ges omnes ac Principes suos huc Oratores mitterent: ut communi omnium
voto atq; consilio communis hęc causa grauisissima cunctum atq; maxi-
ma tractaretur. Quid vero postea omni cura, sollicitudine, sumptibus
pratermissis, quod ad Concilij huius amplitudinem, libertatem Et im-
modū pertinere aliquo modo videretur? O singularem Pastorū ac Patri-
nostri pietatem atque prudentiam: o summam etiam eiusdem felicitatem,
cuius auctoritate atque auspicijs iactatum hoc diu Et agitatum Conci-
lium constitit Et conquisiuit. Te Paulum III. te Iulium, mortuus agere
quamdiu, quantoque studio videre, quod nos videmus, exoptasse, quicquid
eam rem sumptus, quot labores insumpsisti? Quamobrem veri tibi atque
ex animo, vobis sanctiss. ac beatiss. gratulamur, quod tantam tibi laudem,
tantam tuo nomini laudem (id quod maximum diuina in te beneuolen-
tia argumentum est) Dominus reseruauit, quem nos precibus omnibus
ac votis supplices oramus, ut te nobis incolumem, pro Ecclesia sua sancta
commodo atque ornamento Et quam citissime reddat Et quam diutius
me conseruet. Serenissimo etiam Imperatori gratias agere Et gratulari
suis optime debemus. Ille potentissimorum Cesarum, qui propter agniti-
Christiane religionis miro quodam desiderio flagrant, animam, cal-
entem, reserens, urbem hanc ab omni periculo liberam conseruauit, Et
ut eam tranquillamque pacem traheremus, sua vigilantia persequi,
magnamque nostris animis securitatem, assidue trium suorum Lega-
tum summorum virorum presentia ac prope pignore attulit. Illi ut
stris huiusmodi pro sua eximia pietate sollicitum mirificum fuit.

Ille à se atque à nobis dissentientes homines, ex obsequissimis, in quibus
versantur tenebris, ex uere, atque ad sancta huius Synodi clarissimam li-
com aspicendam adducere maximopere laborauit. Regū præterea Chri-
stianorum ac Principum, in Concilio hoc amplissimū suis legationibus or-
nando, Et suos vestra auctoritati fasces submittendo pia maxime cultum
grata nobis memoria prosequenda est. Iam vero quis est, illustr. Legati Et
Cardinales, qui se vobis debere plurimum non fateatur. Vos nostrarum
actionū duces optimi ac moderatores existis. Vos, nos nostra aut in dican-
do libertas violari aliquis ex parte videretur, incredibili patientia ac
diligentia curastis. Vos nulli corporis labori, nulli animi contentioni pe-
cissis, ut adoptati res exitū, quod alij multi vestri similes frustra tenta-
uerunt, quamprimū perduceretur. In quo præcipuam quam ad nos pro-
priam latitiam habere tu MORONE illustriss. atque ornatissero debet
qui cum vigesimo ab hinc anno primū præclaro huic adificia lapidum
posueris, extremam nunc manum post alios multos huic operi arduo
adhibitos, feliciter pro summa tua ac prope diuina sapientia impones. Et
cū hoc tuum egregium ac singulare omnium sermone perperam celebra-
bitur, neque vlla vniquam ætas de tuis his laudibus conticescat. Quod
vobis dicam, Patres sanctiss. quam bene de Christiana reipubl. reipubl.
præstantissimis actionibus meruistis: quanta vestrum vniuersum
mini commendatio, quanta gloria à Christiano populo vniuerso tribu-
tur: Vos vere patres, vere pastores Et agnosceat omnes Et prædicat.

bis suam unusquisque vitam atque salutem acceptam liberalissime rese-
get. O diem illam populis nostris incundissimam atque latissimā, in qua
primum reniserit illis nos atq; amplecti à templi Domini adificatione re-
deuntes contigerit.

SED fac, tu Domine Deus noster, ut tam eximia de nobis opinioni egre-
gij factis respondeamus. Et semen hoc, quod in agro tuo seminavimus, u-
berem fructum afferat, fluatq; ut ros eloquium tuum: atq; quod fore ali-
quando pollicitus es, sint temporibus nostris, ut unum sit omnium ovile,
Et unus pastor, atque u potissimum PIVS IIII. in tui nominis gloriam
sempiternam. Amen.

F I N I S.



Concil. Trid.
cū declarat.
inaneat in libro
magna

